

†

## BOLETIN ECLESIÁSTICO

DE LOS OBISPADOS DE

# SALAMANCA Y CIUDAD-RODRIGO.

---

## CIRCULAR.

---

Habiéndonos presentado D. Francisco Antonio González, vecino de esta Ciudad, y habilitado de los partípices del presupuesto Eclesiástico de esta Provincia, una reverente y fundada exposicion, á fin de que se le aumente el premio de habilitacion en lo suficiente á compensar la diferencia de mayor trabajo y considerables pérdidas que está experimentando por las razones que en su dia se darán á conocer; y, no pudiendo por Nos decretar dicho aumento de premio sin contar con todos los partípices, hemos tenido á bien disponer:

1.<sup>o</sup> Que en el dia 8 del próximo mes de Marzo se verifique bajo la presidencia de nuestro Provisor y Vicario general en la Sala Sinodal de nuestro Palacio una Junta de Comisionados que estén debidamente autorizados para acordar aumento de premio ó proceder en otro caso á la elección de nuevo habilitado.

2.<sup>o</sup> Estos Comisionados serán, un representante por nuestra parte, otro por la del Illmo. Cabildo Cate-

dral, así de esta Ciudad como de la de Ciudad-Rodrigo, otro por sus respectivas fábricas; así mismo uno por los Beneficiados de aquella Sta. Iglesia, y otro por los de la expresada de Ciudad-Rodrigo; uno por cada uno de los Seminarios Conciliares de ambas Diócesis; dos por las Comunidades de religiosas, Capellanes y Sacristanes de uno y otro Obispado; uno por cada Arziprestazgo de los mismos; otro por la Real Capilla de S. Marcos de esta Ciudad y uno por los demás Curas Párrocos y Ecónomos de la misma.

3.<sup>o</sup> Al efecto de nombrar y autorizar dichos comisionados, los Sres. Arciprestes reunirán con la urgencia posible á los partícipes de sus respectivos distritos: así mismo, las comunidades de Religiosas, Capellanes y Sacristanes designarán un solo Eclesiástico residente en esta Ciudad y otro de la de Ciudad-Rodrigo para que las represente y á quien comunicarán las instrucciones oportunas.

Y 4.<sup>o</sup> Los partícipes que pertenecen á otros Obispados, á quienes se harán saber estas disposiciones, procurarán ponerse de acuerdo con los Sres. Arciprestes mas próximos á su residencia á fin de que estén tambien debidamente representados.

Salamanca 16 de Febrero de 1876.—NARCISO, *Obispo de Salamanca y Administrador Apostólico de Ciudad-Rodrigo.*

---

CIRCA MISSAM PRO POPULO.

---

Die 9. Maii 1874.—*Summaria precum.* Episcopus C. die 18 Junii 1873 supplici Sacratissimo Principi oblato libello quærebat: «1.<sup>o</sup> Utrum Parochus, duas habeat parochias, qui ob rationabilem causam non potuit die dominica vel festo secundam Missam celebrare, teneatur per hebdomadam applicare Missam pro

populo suæ secundæ parochiæ; vel utrum sufficiat, ut unicam Missam, quam die dominica vel festo celebrat applicet pro populo duarum suarum parochiarum.  
2. Utrum diebus festis suppressis in quibus binam Missam celebrandi non habet facultatem, sufficiat ut solam Missam quam dicere potest, applicet pro populo duarum parochiarum, vel utrum, altera die teneatur secundam Missam pro populo secundæ parochiæ applicare.»

Hisce dubiis S. Congregatio respondebat ad 1. *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.* Ad 2. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.*

Præterea eadem S. Congreg. Concilii eidem Episcopo C. sub die 14 Julii 1873 facultatem elargiebatur dispensandi ad triennium ab applicatione secundæ Missæ pro populo, diebus festis suppressis tantum, eos Parochos suæ Diœcesis, qui duabus paroeciis regendis sunt præpositi, ea tamen lege, ut unica Missa applicetur pro populo utriusque paroeciae.

Hac obtenta facultate iterum idem Episcopus huic S. Congregationi exponebat «Sæpe accidere, ut sive ob morbum sive ob intemperiem, sive ob inundationem etc, quidam parochi non valeant secundam Missam diebus dominicis vel festis in sua secunda parochia celebrare.

Postulat igitur pro his casibus facultatem eos dispensandi ab applicatione secundæ Missæ pro populo, ea lege ut unica Missa pro populo utriusque parochiæ applicetur, sive curam habeant secundæ Parochiæ, quæ titulari destituta est, sive deserviant secundæ parochiæ, cuius titularis ob causas probatas in sua Ecclesiæ non residet.

Et quia nunquam parochi secundam Missam pro populo secundæ parochiæ diebus festis suppressis, in quibus binam Missam non celebrabant, applicaverunt; postulat etiam pro omnibus parochiis dispensationem ab applicatione harum Missarum pro tempore praeterito.»

Hisce habitis litteris decretum editum fuit die 8 Augusti 1873 «Scribatur eidem Episcopo, cui grave non sit referre utrum aliis Sacerdos celebrare soleat in altera Ecclesia, quoties diebus festis de precepto paro-

chus ob infirmitatem vel intemperiem ad eamdem celebraturus accedere néqueat» Huic mandato morem gerens Episcopus respondit: «Quoties possibile est, mititur alius Sacerdos qui pro Parocho absente vel infirmo Missam celebret in qualibet paroecia diebus dominicis et festis de præcepto.

Sed sæpe accidit ut impossibile sit celebrare Missam in secunda parochia parochi absentis, infirmi vel aliter impediti etiam Diebus dominicis et festis de præcepto ob rationes sequentes 1. Quia Sacerdotes numero pauciores sunt, 2. Quia si agitur de intemperie subita, parochus non potest sibi alium Sacerdotem procurare 3. Quia si agitur de infirmitate vel ægritudine subita nullus Sacerdos adest qui Missam celebret. Et si agitur de ægritudine longiore, sæpe non alius invenitur Sacerdos, quam vicinus Parochus, qui, postquam in sua parochia primam Missam celebravit, alteram celebrat in principali parochia ægrotantis, sed celebrare nequit in secunda parochia ægrotantis.»

Hoc habito responso *per Summaria precum* editum fuit rescriptum. Propositis itaque et perpensis precibus in Congregatione Concilii die 9 Maii 1874 responsum prodiit:

Quoad absolutionem, celebrata ab unoquoque Parocho una Missa, pro gratia absolutionis super enunciatis omissionibus, quoad vero dispensationem, Episcopo cum facultate dispensandi juxta petita, et in circumstantiis taxative inibi expressis, onerata ipsius Episcopi conscientia, ad quinquennium, facto verbo cum SSmo.

#### EXINDE COLLIGES:

1. Pastores, quibus animarum cura commissa est, teneri ad sacrificium pro his offerendum ex jure divino, in diebus dominicis et festis etiam suppressis.

2. Parochos, qui duabus distinctis paroeciis sunt præpositi, duplēcē Missam in festis applicare teneri, sive per se, si facultatem habeant binandi, vel per alios si ea carent facultate, sive altera die in hebdomada, non obstante redditum tenuitatem.

---

SALAMANCA: IMP. DE OLIVA.

